


❧ (o) ❧

Ossitium hinc Tibi, LEISNICIUM Tibi, DOEBELA
nostra
Vicinaeque Urbes Carmina grata litant.


*Adposuit
sinceri affectus testandi gratia*

M. Johann. Schütz / Sen.
Pastor Doebelensis.



Nuper sub densa laticabat nube MUGELLA:
Jam studio emergit lucida tota tuo.
Gratulor ergo tuis, Vir praestantissime, caeptis:
Perge modo, & decori grandius adde decus,
Perge secuturos extendere nomen in annos,
Laude Urbis vives, vivit ut illa tua.

Ευφραδίας Ένεκα f.
Johannes Däweritz Müglensis,
t. t. Pastor in Schweta.



Eximiè historico nostram, Fidlere, MUGELLAM
Condere amas Scripto, fersque videre typis.
Dignus laude Labor! Sed dum Decus erigis Urbis,
Exaquas celso Te simul ipse polo.

* * *

Quàm foveas, quàm devincas tibi amore MUGELLAM,
Quàmque illam omni ornes laudis honore bonæ,
Exemplo Liber est isthic, quem promis in orbem:
Exempli STATUA est, historicusque labor.

Johann Conrad Goldschad /
Selbo Variscus, Cantor Mugeilæ.